An die 9 Sept. Quarti Satellitis Jovis observationes Cremifani factae sunt? nobis immersionem coelum nubilum eripuit, Emersio autem calculum 19 circiter minutis primis praevenit, error calculi sane intollerabilis, versatur autem is in Tabula Dⁿⁱ De la Lande in qua refert effectum perturbationis Saturni, et Jovis, quae Tabula si omittatur, calculus cum observatione congruit, Indicio manifesto effectum hunc perturbationis tantum non esse in 4^{to} Sat. quantum haec Tabula exhibet. Si hanc diei 9 Sept. observationem obtinuisti, quaeso, mecum communem facias, una cum alijs, quas hactenus fecisti, praesertim diei 15 Novembris, hac namque Eclipsis mihi partialis futura videtur, aut saltem cum exigua mora; quum hic Satellis sit in limitibus occultationum. Ephemerides pro Meridiano Viennensi juxta Tabulas Dⁿⁱ De la Lande hanc immersionem habent pro h. 10 m. 29. Emersionem pro h. 10 m. 39. Sed ab his temporibus auferenda sunt 20'. ponenda tempora pro Immers. h. 10 m. 9. pro Emers. h. 10 m. 19.

jam vale, et me Tuos inter numerare perge amicos.
Viennae die 12 Nov. 1785

Servus obsequentissimus
Maximilianus Hell.

V. PLACIDUS FIXLMILLNER AN MAXIMILIAN HELL. 1785 November 26,
Kremsmünster

Fixlmillner bestätigt den Empfang der Ephemeriden für das Jahr 1786 und dankt dafür. Er bedauert sehr den Tod des Direktors der Sternwarte von Buda(pest), P. Weiss, worüber Hell in seinem beigelegten Brief vom 12. November 1785 berichtet hat. Sehr schmerzt ihn auch die Verwaisung anderer bekannter Sternwarten in den damaligen Erblanden. Am Schluß des Briefes teilt er, ebenfalls bezugnehmend auf Hells Brief, seine Beobachtungen der Verfinsterung der Jupitermonde mit. Der Hauptteil des Briefes ist aber einer genauen Angabe über den Vorgang bei seiner Berechnung der Uranusbahn gewidmet. Ihm waren bereits Positionen des Uranus (aus dem Berliner Jahrbuch) seit dem Ende des Jahres 1783 bekannt. Diese stammen von de la Place und Mechain. Jedoch stimmten ihre Angaben bei weitem nicht miteinander überein. P. Placidus forschte daher weiter und fand im selben Jahrbuch eine Bemerkung Bodes, die eine Beobachtung von Tobias Mayer betraf, der in seinem Fixsternkatalog einen Himmelskörper aufgenommen hatte, von dem er annahm, daß es ein Fixstern sei. Als Fixlmillner mit all diesen Angaben seine Berechnungen fast schon zu Ende geführt hatte, wurde ihm von Bernoulli eine viel weiter zurückliegende Beobachtung, die auch von Bode gefunden worden war, mitgeteilt. Dieser hatte sie in der „*Historia coelestis Britannica*“ gefunden. Es handle sich um den Stern „34 Tauri“, enthalten im Fixsternkatalog von Flamsteed. Es besteht der Verdacht, daß dieser Stern „unser“ Planet sei. Fixlmillner war aber mit dieser Mitteilung nicht zufrieden, sondern suchte selbst nach und fand im 2. Band dieser „*Historia coelestis*“ die gemachte Beobachtung am 13. December 1690 „*stili veteris factam*“. Mit diesen Beobachtungen (Flamsteeds, Mayers und zweier von ihm selbst in den Jahren 1781 und 1783 gemachten) ging er nochmals an die Arbeit und berechnete die Bahnelemente des Uranus genauer. Nach den Worten „Siehe, was ich in langdauernder Arbeit gefunden habe“ gibt er die Bahnelemente bekannt.

Reverendissime¹, Clarissime ac longe celeberrime Domine Domine &c Allatae mihi octiduo abhinc fuere & eruditione uberrimae, et externo nitore nimis pretioso ad annum sequentem accommodatae ephemerides, una secum ferentes benevolentissimam epistolam Tuam Reverendissime ac clarissime Domine Domine. Pro tam illustri dono, quum, quas deberem, quasque vellem, nequeam; quas possum demississimas gratias refero. Ast quantum me praestantissima haec strena² recreavit, tantum me dolore adfecit & mors viri longe celeberrimi D. Weihs astronomi caesarei regis Budensis, & tam illustrium specularum desertio. Faxit Deus³, ut omnium quidem scientiarum, sed huius praecipue nobilissimae, Astronomiae nimirum, amor reflorat! qui si penitus labefieret, quantum dedecoris, quantum litterarii damni terris nostris esset metuendus.

Significare mihi dignaris, Te e tabulis, quae in ephemeridibus Berolinensibus anni 1787 habentur, supputaturum loca novi planetae, nondum vero in manibus esse ipsas ephemerides, sed a quodam Viennensium viro docto expectandas. Quod si vero hac via difficilius obtineri possent, promptissimum me ad obsequia Tua offero, ut illas planetae tabulas ex ipsis ephemeridibus accurate curem exscribi, & iterata diligenti collatione facta Tibi mittam; aut si malles etiam ipsum exemplar meum.

Tabulae illae ephemeridum Berolinensium deductae sunt ex elementis D. de la Place. Haec elementa, uti & illa, quae D. Mechain⁴ statuerat, iam cognita habui circa finem anni 1783. Quum vero duos hos celeberrimos astronomos tum in distantia media planetae a sole, tum vel maxime in excentricitate statuenda dissidere animadverterem; coepi ipsemet in elementa indagare⁵, collatis quibus potui observationibus tempore inter se remotioribus. Opportunum valde his meis studiis accidit, quod ex iisdem Berolinensibus notitiam hausi,

¹ Im Gegensatz zu den anderen von Fixlmillner verfaßten Konzepten seiner Briefe, war dieser von Anfang an als „Reinschrift“ gedacht und direkt für Hell bestimmt gewesen. Erst im weiteren Verlauf des Briefes ändert P. Placidus seine Absicht und schrieb ihn als Konzept. Man kommt offensichtlich zu dieser Ansicht, da der Brief zuerst sehr sorgfältig geschrieben ist, im weiteren Verlauf jedoch die Schrift flüchtiger wird. F. fügt Klammern ein, streicht sie teilweise durch und fügt gegen Ende eine diesbezügliche Anmerkung hinzu. Ein neugeschriebenes Exemplar dieses Briefes sandte er dann, wie aus der Fußnote zu entnehmen ist, an Hell, der zwar nicht den ganzen Brief, wohl aber die darin enthaltenen Tabellen und Beobachtungen, in seinen Ephemeriden für 1787 veröffentlichte.

² strena: Neujahrgeschenke (s. „Cornucopiae“).

³ Faxit Deus, für: faciat Deus: „Daß Gott wollte!“ (s. „Cornucopiae“).

⁴ De la Place: s. Anm. Nr. 15 zur Biographie Fixlmillners.

Pierre-François-André Méchain (Laon in Aisne 1744 — Castellon de la Plana bei Valencia 1804), erst Baumeister, später Astronom der Marine und Akademiker. L. V. Nr. 14, Bd. 2, Nr. 406.

⁵ indagare: nachforschen (s. „Cornucopiae“).

Fixlmillner verwertete in seiner Bahnberechnung des neuen Planeten auch die Position eines Gestirnes, das Flamsteed schon 1690 beobachtet, aber für einen Fixstern gehalten hatte, sowie eine Positionsbestimmung desselben „Sternes“ durch Tobias Mayer 1756 und seine eigenen 1781 und 1783.

inventam a D. Bode fuisse observationem planetae in catalogo fixarum D. Tobiasae Mayer astronomi Gottingensis, quem iste pro fixa habuerat. Immo quum his adiumentis laborem prope iam ad finem perduxissem; nunciabatur mihi per D^m Bernoulli, multo antiquiorem adhuc observationem a D. Bode repertam fuisse in historia coelesti Britannica; quippe in catalogo fixarum Flamstedii haberi stellam 34^{am} in signo tauri, quae suspicionem non levem pariat, esse ipsum planetam nostrum. Hac ego positione stellae in catalogo consignata non contentus, inquisivi in ipsam observationem, quam inveni in volumine 2^{do} historiae coelestis, die 13 Decembris 1690 stili⁶ veteris factam. Ex hac observatione, utpote ibi satis determinata, secundum hodiernum supputandi modum, geocentricum planetae locum deduxi; sicque hanc observationem Flamstedii, illamque Mayeri, & duas oppositiones planetae annorum videlicet 1781 & 1783 fundamenti loco adsumsi ad elementa orbitae curatius indaganda. En iam RR^{me}D^{ne}Dne quae diuturno labore meo invenerim.

Elementa Planetae

Locus medius 1 Januarii 1784	3 ^s 14° 40' 58,"7 ⁷	Revolutio tropica 83, ^{an} 80102
Locus aphelii	11 17 31 33, 4	Distantia media 19,16524
Locus Nodi	2 12 50 50	Excentricitas (dimidio axe maiore posito = 1) 0,0461183
Inclinatio orbitae 46' 20"		
motus medius diurnus tropicus 42,"3704		

Meminisse hic velim, distantiam mediam fuisse determinatam e distantiiis actualibus, quas obtinui per observationes factas mense Martio tum anni 1782, tum 1783; ex his nimirum inveni tempus & locum geocentricum planetae, dum eius elongatio praecise erat 90° Tutiozem hunc modum censui, quam si e motu medio secundum principia Keppleri distantiam illam mediam determinarem; quum motus medius adhuc correctionibus obnoxius esse possit, tum ob attractiones cometarum & motum proprium aphelii adhuc ignotum, tum ob defectum forte aliquem observationum fundamentalium, tum denique, quod omnes observationes cognitae sint inter 1^{mum} & 2^{dum} quadrantem anomaliae. Secundum principium theoreticum Keppleri distantia media, motui medio congruens foret 19,18254.

⁶ stili veteris: Datum noch nicht nach dem Gregorianischen, sondern nach dem Julianischen Kalender. „secundum hodiernum supputandi modum“ bezeichnet dann den „Gregorianischen Kalender“. (Sprung vom 5. auf den 15. Oktober 1582.) Diese Erklärung scheint gerechtfertigt, da Fixmillner etwas später in seinem Brief dieses Datum 1690 1³/₂ Decembr. schreibt. Der Gregorianische Kalender wurde in Großbritannien erst 1752 (2.—14. Sept.) eingeführt.

⁷ 3^s: das hochgestellte „s“ bedeutet: signum, Tierkreiszeichen. Das dritte sind die Zwillinge, also 14° etc. in den „Zwillingen“.

Elementa haec ad observationes 140 non meas tantum, sed & aliorum astronomorum examinatas, ut pro communicata notitia Flamstedianae observationis mihi benevole facta gratam me exhiberem, anno superiore Berolinum misi.⁸ Nunc iam ad 175 ascendit numerus observationum comparatarum. Tabulas secundum eadem elementa pro meo quidem usu construxi; quia vero illas D. de la Place publicatas, & ideo verosimiliter a DD. astronomis adoptandas cerno, nondum ausus sum, cuiquam celebrium virorum meas transmittere. Pauca hic observationes cum tabulis meis comparatus subiungam, quarum pleraeque determinandis orbitae elementis servierunt.

Annus	Dies mensis	Temp. med. Cremif.	Longitudo vera geoc.	Latit. vera geoc.	Differentia elementorum in long.	in lat.	observator
1690	13 ⁹ 23 Decembr.	10 ^h 28' 26"	1 ^s 28 ^h 2' 29.3"	10' 16.5" A. ¹⁰	+ 1.2"	-20.2"	Flamsteed
1756	25 Septemb.	11 28 21	11 16 37 44.6	48 30 A.	+ 1.5"	- 0.7	Mayer
1781	21 Decemb.	18 43 38	3 0 52 14.5	15 0 B	+ 0.4"	+ 8.7	Mechain
1782	17 Martii	9 32 47	2 28 53 5.3	15 9.8 B	- 2.7"	+ 1.5	Weiss
1782	18 Martii	10 15 40	2 28 53 47.9	15 8.6 —	- 7.1"	+ 2.5	Weiss
1782	19 Martii	9 44 44	2 28 54 15.6	15 12.2 —	+ 4.5"	- 2.2	Weiss
1782	26 Decemb.	10 7 21	3 5 20 50	—	-15.4"	—	De la Lande
1783	22 Martii	9 3 16.7	3 3 21 18.9	18 38 —	- 2.6"	- 4.3	Weiss
1783	22 Martii	9 43 49	3 3 21 15.1	18 52.7 —	+ 2.2"	-19.0	observ. mea
1783	23 Martii	9 38 28	3 3 21 53.8	18 53.7	- 2.7"	-20.8	observ. mea
1783	31 Decemb.	1 50 28	3 9 50 46.5	22 12.4	+ 0.4"	- 0.6	observ. mea
1785	3 Januar.	18 30 13	3 14 22 42.4	25 34.4	+ 5 "	- 2.3	observ. mea

Oppositio illa diei 26 Dec. 1782 a D. de la Lande determinata est. Longitudinem ibi consignatam habui pro vera; si vero apparens foret, adhuc aberratione & nutatione adfecta, differentia elementorum non esset, nisi $-0.4''$; oppositionem 21 Decemb. 1781 ex observationibus D. Mechain, reliquas vero annorum 1783 & 85 ex meis propriis conclusi. Haec summam, quod ex epistola Tua summe veneranda intellexerim, ad manus adhuc non esse ephemerides Berolinenses anni 1787; ubi haec elementa etiam recensentur.

Ut porro ad eclipses satellitis IV progrediar, emersionem illam die 9 Septembris anni huius observavi 9^h49'35" veri temp. verum hanc observationem non esse admodum bonae notae, ex ipsis eclipsium recensionibus patebit. (Calculus secundum tabulas cel. D. de la Lande daret tempus emersionis pro meridiano meo 10^h1'34". Ast duo sunt, quae in hoc calculo mihi emendanda videntur.

In primis reductio in quarto satellite addenda statuitur (Astronomiae tom. I pag. 196) si numerus A crescat descendendo in tab. CLIV. Praeceptum hoc mihi suspectum est de scriptionis errore; nam in primo & tertio quadrante argumenti latitudinis reductionem esse subtrahendam & ratio suadet, & ipse-

⁸ Erschienen in: „Astronomisches Jahrbuch für das Jahr 1786“, Berlin, S. 250.

⁹ s. Anm. Nr. 6 zu diesem Brief.

¹⁰ A: australis, B: borealis; südliche und nördliche Breite.

met docet auctor celeberrimus Tom. II. art. 2911. Quodsi vero reductio $1'41''$ subtrahitur, quæ in superiore calculo addita fuerat, tempus emersionis secundum tabulas fiet $9^h8'12''$; a quo observatio mea differt — $8'37''$.

Denique calculus iste involvit dimidiam durationem $55'48''$, quam e tabulis deduxi, ne secundis quidem differentiis neglectis; posito nimirum numero A correcto 1756, cui respondet distantia a Nodo 49.2° . At si distantia a Nodo ex vero loco Jovis heliocentrico emendetur, multo minor evadet dimidia duratio. Nam anno 1760 locus Nodi $10^\circ 16' 39'$

variatio eius annua relata ad punctum
æquinocitii est $-4' 19''$; proin pro annis

prope 26 $-1 \ 52$

Hinc locus Nodi prope annum 1786 $10^\circ 14' 47'$

Die 9 Septembr. 1785 locus verus Jovis helioc $0 \ 7 \ 29$

Distantia Nodi $1^\circ 22' 42'' = 52.7^\circ$

Huic distantiae respondet dimidia duratio $36' 26''$

Ergo tempus emersionis esse debuisset $9^h38'50''$, minor nimirum $19'22''$ illa, quae supra obtenta est.

Ob eclipsin eiusdem satellitis in ephemeridibus omnibus predictam die 15 Novembris, observationi operam dedimus iam ante $10^h0'$, eamque continuavimus usque ad $10^h50'$; ego quidem tubo Dollondi; alter vero, qui mecum eiusmodi eclipses observare solet, tubo ordinario 10 ped. valde bono. Coelum erat sudum¹¹, & fasciae eleganter visae. Satelles IV ita continuo nobis erat conspicuus, ut ne quidem lumen eius aliquantum debilitatum certo adserere ausim¹²; unde ne partialem quidem notabilem eclipsin contigisse censeo. [Calculus quidem secundum tabulas D. de la Lande durationem dimidiam, ut minimum $4'22''$ daret^a, si ex argumento A correcto 1811 eam erueremus, cui in Tabulis respondet distantia a Nodo $55^\circ4'$; verum quum locus Nodi sit $10^\circ14'47'$, ut supra probatum.

Verus locus heliocentr. Jovis 15 Nov. 10^h $0 \ 13 \ 38$

Vera distantia a Nodi erit $1^\circ28' 51'' = 58.8^\circ$,
quae sane nullam admittit eclipsin IV^{vis} satellitis.]^b

¹¹ sudus: schön, klar, heiter („Cornucopiae“); fasciae: muß hier nach dem Zusammenhang „Rand“, „Umrandung“ bedeuten.

¹² adserere = asserere: behaupten; ausim: verb. def. ▷ audeo; ne ... ausim: ich unterstehe mich nicht (s. „Cornucopiae“).

a) Am Ende dieser Briefseite (der vierten) fügt Fixlmillner die Anmerkung hinzu: „quae in parenthesisibus exclusa sunt, omisa fuerunt in ipsis litteris ad cel. D. Hell, illud quidem, quod de reductione non addenda sed subtrahenda notatum est, recte hic scriptum est, ast quae de corrigendo loco nodi disseruntur, falsa laborant opinione, quum nodi motus directus sit, non retrogradus.

b) Hier endet die vor „Calculus quidem ...“ begonnene Klammer. Sie war ursprünglich erst am Ende der folgenden Zeilen geschlossen, dann aber durchgestrichen und hierher gesetzt worden.

Jam amplius de Tua confisus benevolentia Reverendissime Domine, pergo ad recensendas observationes meas ab ultima relatione mea factas.¹³

Jam ut prolixae recensionis meae des veniam, meque pretiosissimo favore Tuo dignari pergas oro, qui summa veneratione nunquam non ero

Reverendissimi clarissimi ac longe celeberrimi

Nominis Tui

Demississimus ac devinctissimus

cultor

P. Placidus Fixlmillner

O.S.B.

Cremifani die 26 Novembris, anno 1785.

15. MAXIMILIAN HELL AN PLACIDUS FIXLMILLNER.

1785 Dezember 15, Wien

Hell drückt seine große Freude aus über Fixlmillners Brief vom 26. Nov. und dankt für die darin enthaltenen Beobachtungsergebnisse. Er wird sie in seine Ephemeriden für das Jahr 1787 aufnehmen: „ut Astronomi Galli, et alij exteri sciant, et inter Astronomos Germanos esse, qui Astronomiam egregie promovendam adlaborant.“ Er bittet auch um Zusendung weiterer Elemente des neuen Planeten, und zwar so bald als möglich, da er die Drucklegung der Ephemeriden für 1787 nicht weiter verzögern wolle. Hinsichtlich der Beobachtung des 4. Jupitermondes zeigten sich Ungenauigkeiten. Er habe sich daher an den Adjunkten der Sternwarte in Buda (pest), Bruna¹, gewandt und um Daten gebeten. Er glaube, daß nur ein kleiner Teil des 4. Mondes am 15. Nov. den Schatten des Jupiter gestreift habe. Er vermute, daß aufgrund unterschiedlicher Beobachtungen überhaupt die Elemente dieses Mondes korrigiert werden müßten. — Er geht dann auf die Benennung des neuen Planeten ein und verteidigt unter Angabe der Gründe seinen Vorschlag „URANIA“ im Gegensatz zum Vorschlag Bodes in Berlin, der „URANUS“ vorschlägt.² Von der Sternwarte in Eger erwarte er eine Nachricht, wer jetzt die Leitung überhabe.

Plurimum Reverende, ac Celeberrime Domine!

Maximo me gaudio recrearunt eruditissimae litterae Tuae Vir celeberr. die 26. Nov. ad me exaratae; est itaque, quod Tibi summas agam gratias pro amplissimis calculis, et observationibus accuratissimis mihi benevole transmissis, faciam, ut labores isti Tui eximij universo orbi Astronomico per Ephemerides meas Anni 1787 proxime communicentur.

¹³ Es folgen vier Seiten mit Beobachtungsmaterial. Da es in den Ephemeriden für das Jahr 1787 im Appendix pg. 41 zu finden ist, erübrigt sich hier eine Wiederholung. Der Abschluß des Briefes ist aber wiedergegeben.

Zu Brief 15. Dezember 1785

¹ Franz Xaver Bruna (Agram 1745 — Buda[pest] 1817), S. J. Adjunkt der Sternwarte in Buda (pest).

² Es hat sich aber der Vorschlag Bodes durchgesetzt.

Pro oblato amico officio describendarum Tabularum novi Planetæ in Ephemeridibus Berolinensibus ad An. 1787 insertarum³, gratias Tibi ago maximas, nam has ab amico Viennensi mihi communicatas, jam descriptas possideo, sed est, quod Te maximopere oratum volui, si Tibi ita visum fuerit, scilicet: ut Tuas mecum communes facere ne dedigneris, quas Tumetipse e Tuis Elementis magno sane, et diuturno labore supputasti; has etenim et per meas Ephemerides promulgandas, et loca Planetæ astronomica ex his supputata Ephemeridibus meis inserenda cupio, ut scilicet Astronomi Galli, et alij exteri sciant, et inter Astronomos Germanos esse, qui Astronomiam egregie promovendam adlaborant; si itaque Tabulas has mecum amice communicandas velis, fac ut quantocyus his me beare digneris ne impressionem Ephemeridum anni 1787 diu differre cogar, quæ quoad reliqua pro typo jam paratæ sunt.

Doleo, inter egregias Tuas observationes Satellitum Jovis, me 4th Satel. Immersionem diei 9 Sept. non reperisse, Tibi aequè, ac mihi per coelum nubilum ereptam; Emersio ejus calculum ipsis 16, vel 18 minutis certe praevenit: avidus sciendi, num et Immersio totidem minutis calculum praeveniret, Budam ad Adjunctum pie defuncti P. Weihs Dominum Bruna scripsi, ut hanc Immersionem, si eam observasset, mecum communicaret; hæc ad me transmissa binis duntaxat minutis a calculo differt; quare cum calculos repetierim, nec errorem calculi detexerim, si observationi Budensi fidendum, penitus ignoro, qui fieri possit, ut Immersio cum calculo congruat, Emersione adeo enormiter aberrante; dubius adhucdum haereo, num observationi budensi mihi fidendum sit.

In observatione 4th Satel. diei 15. Nov. id solum observavi lumen Satellitis per minuta circiter 12, aliquantulum imminutum fuisse, ita, ut censeam vix quartam Satel. Diametri partem umbram jovialem rasisse; hæc luminis imminutio etiam Budæ observata fuit, fuit ergo hæc Eclipsis partialis, quæ indicat correctionem aut in latitudine, aut in Inclinatione orbitæ Satellitis, aut in loco nodi Satellitis, vel potius in singulis faciendam esse Elementis, de qua re alias. Scribis Tibi, et socio Tuo nullam visam fuisse imminutionem luminis coelo serenissimo, fortassis Visa a nobis hæc exigua imminutio coelo nostro minus sereno adscribenda est.

Ut redeam ad novum Planetam, hujus calculos e Tuis Tabulis supputatos in Ephem. meis pagina cujusvis mensis, locis Planetarum assignata, primo loco, ad Exemplum Berolinensium/referam: Nomen ei imponam *Urania*, quæ una est ex novem Musis Praeses Astronomiæ; signum hieroglyphicum erit: stella circulo imminens, quod indicat Planetam hunc fuisse e numero fixarum Cata-

³ Diese Ephemeriden („Astronomisches Jahrbuch für das Jahr 1787“ S. 202) veröffentlichten Fixlmillers Uranus-Beobachtungen aus den Jahren 1783 und 1784 sowie auf S. 247 seine „Untersuchungen der Elemente der wahren Laufbahn des neuen Planeten“. Diese Arbeit hat P. Placidus an Johann Bernoulli, den königlichen Astronomen in Berlin gesandt, mit der Bitte sie an Bode weiterzuleiten.

logi Flamsteedij, et Mayeri in numerum Planetarum evectum:⁴ Signum Dⁿⁱ Bode mihi non placet, nec scio significationem: et cum chemici sua metalla signis Astronomicis expriment, erit fortasse ut hoc meum signum chemici quoque adoptent pro novo suo metallo hoc quoque nostro seculo primum detecto, quod Platinam appellant, idque congruenter, namque et novus Planeta est, et novum metallum eodem seculo detectum.

Agriâ praestolor litteras, quibus certior reddar, num Rss^{mus} D. Madarassy suam iterum occupatus sit speculam: audio enim ejus loco in Rectorem futuri Seminarij Clericorum Pestini, alium esse denominatum, Canonicum quemdam Zagrabiensem.

Caeterum dum iteratas pro transmissis mihi Tuis pretiosissimis litteris ago gratias, me, qui amicum praestolor responsum, Tuae benevolentiae per quam enixe comendo.

Viennae 15 Decemb. 1785.

Obsequentissimus, et Tui
Nominis Studiosissimus
Maximilianus Hell.

VI. PLACIDUS FIXLMILLNER AN MAXIMILIAN HELL. 1785 Dezember 22

Fixlmillner bestätigt den Empfang von Hells Brief und weist bescheiden die anerkennenden Worte Hells zurück. Er habe sich sofort dariübergemacht, die Tabellen säuberlich zu schreiben. Er sendet sie nun, genauestens gesammelt und überprüft. Schon im voraus dankt er dafür, daß Hell sie in seine Ephemeriden aufnehmen werde. Erklärend gibt er an, daß über die Richtigkeit der Deklinationsangaben des Planeten kein Zweifel bestehen könne, da sie aus der Zenitdistanz, die im II. Vol. der Historia caelestis Britannica angegeben ist, feststeht. Nach Kenntnis der Länge von Greenwich und der Refraktion sei das eine einfache Berechnung gewesen. Größere Genauigkeit mußte für die Rektaszension angewendet werden. Der Planet mußte mit den Sternen Alpha Arietis und Eta Tauri verglichen werden, die damals von Flamsteed zur Positionsbestimmung herangezogen wurden. Um diese Rektaszensionen auf den 23. Dezember 1690¹ zu reduzieren, vertraut er nicht auf den Englischen Katalog, da dort die Aberration und Nutation vernachlässigt seien, sondern nahm neuere Kataloge zu Hilfe. Der Brief schließt mit einem Hinweis auf all die Schwierigkeiten, die Fixlmillner bei der Berechnung der Flamsteedschen Beobachtung zu bewältigen hatte.

⁴ Hier erklärt Hell die Bedeutung des von ihm vorgeschlagenen Zeichens für den neuen Planeten: ein Stern über einem Kreis thronend, wodurch angezeigt wird, daß der im Flamsteedschen Katalog als Fixstern bezeichnete, durch Mayer zu einem Planeten erhoben wurde. Bodes Vorschlag gefällt Hell nicht, er wisse auch nicht, was Bode mit seinem Zeichen auszusagen beabsichtige. Um seinen Vorschlag zu untermauern weist Hell auch auf die Chemiker hin, die ihren Metallen astronomische Zeichen gäben und so vielleicht auch für das in diesem Jahrhundert entdeckte Platin, Hells Zeichen geben würden; es würden so ein Metall und ein Planet, beide im selben Jahrhundert entdeckt, das gleiche Zeichen tragen.

Zu Brief 22. Dezember 1785

¹ Das Datum der Flamsteedschen Beobachtung von „34 Tauri“.

Reverend.² Domine!^{1+a}

Perlatae sunt ad me nudius tertius litterae Tuae, plenae benevolentia & humanitate, meis meritis longe superiore; quumque ad omnem nutum Tuum promptissima sunt obsequia mea, sine mora me accinxi, ut tabulas meas cautissima diligentia describerem, quas nunc accurate collatas et revisas Tibi Reverendissime ac clarissime Domine offero, pro singulari hoc novo favore Tuo iam praevis summe devinctus, quod iis in Tuis Ephemeridibus es locum concessurus.

Patere Reverendissime Domine, ut quasdam ambiguitates, quae circa meam disquisitionem Flamstedianae observationis oriri possent, brevi operationis meae expositione tollam.

In declinationem quidem planetae ex observatione Flamstediaana determinatam vix dubium cadere poterit, quum in volumine II. Historiae caelestis Britannicae referatur eius a vertice distantia observata, & ab erroribus instrumenti purgata. Quare alia mihi re opus non erat, praeterquam latitudine observatorii Grenovicensis, & refractione, quam quidem e tabula refractionum Bradley sumere malui, sed nempe mediam dumtaxat ob incognitum Statum barometri et thermometri.

Ast accuratorem operam poscebat determinatio ascensionis rectae. Haec nimirum concludenda erat e comparatione planetae cum³ Alpha Arietis et Eta Tauri eadem die a Flamstedio observatis. Ut proin harum fixarum ascensiones ad diem 23 Decembris 1790^b reducerem, nolui fidere catalogo Britannico, praecipue ob neglectam aberrationem & nutationem; sed e novioribus catalogis excerptas iudicavi, in quibus positiones medias sequentes inveni.

Alpha Arietis bradley initio anni 1760

	Asc.R.med.	0° 28' 25" 28"	D. B.	22° 18' 59"
De la Caille reduct. ad 1760	0 28 25 29,2		22 19 3,2	
Mayer reduct. ad an. 1760	0 28 25 23,9		22 19 1,4 ^c	
Medium arithmet.	0 28 25 27		22 19 1,2	

² Der Brief ist der erste von dreien, die Hell in seine Ephemeriden des Jahres 1787 aufgenommen hat. Dieser findet sich im Appendix pg. 101. Der hier wiedergegebene Text ist den Ephemeriden entnommen. Sein Konzept wird im Archiv der Sternwarte Kremsmünster aufbewahrt. Stellen, die eine bedeutende Abweichung vom Konzept aufweisen, werden angeführt. Der letzte Absatz mit dem Schluß des Briefes steht nicht in den Ephemeriden, er ist direkt dem Konzept entnommen (siehe oben lit. I).

³ Aus drucktechnischen Gründen sind die im Original enthaltenen griechischen Buchstaben der Sterne sowie die Zeichen für den Tierkreis ausgeschrieben wiedergegeben. Ebenso in den analogen Fällen der folgenden Briefe.

a) mit diesem + -Zeichen weist Hell auf seine Bemerkung am Ende des Briefes hin.

b) i. K. 1690; es handelt sich hier um einen offensichtlichen Druckfehler in den Ephemeriden.

c) i. K. 1,3

Eta Tauri Bradley initio anni 1760

	Asc.R.med. ^d	53° 18' 58,5"	D. B.	23° 20' 38"
De la Caille		53 18 51,7		23 20 39,6
Mayer		53 18 53,8		23 20 39,7
Medium arithm.		53 18 54,7		23 20 39,1

Quia vero praecessiones in ascensionem intervallo 69 annorum uniformes^e non sunt, ex ascensionibus mediis & declinationibus, nec non obliquitate mediae eclipticae supputavi longitudes medias & latitudes ad annum ineuntem 1760, inveni demum.

Longitud. med.

Alpha Arietis	34° 18' 28.4"	Lat. Bor.	9° 57' 30.2"
Eta Tauri	56 38 34.3		4 1 35.9

Praeessionem mediam^f 100 annorum id est 36500 dierum primum sumsi 1° 23' 54"; haec pro diebus 25210 id est, pro intervallo temporis a 23 Dec. 1690 ad 1 Januarii 1760 dat 57° 56.9"; itaque longitudes mediae die^g 23 Dec. 1690 erant Alpha Arietis 33° 20' 31.5"; Eta Tauri 55° 40' 37.4". Hinc adsumta obliquitate media huic diei congruente reperi

Asc. med. Alpha Arietis	27° 27' 46"	Eta Tauri	52° 17' 46.2"
aberr.	+9.1"	aberr.	+15.6"
nutat.	+2.3"	nutat.	+ 3.6"

Asc. R. appar.	27° 27' 57.4"	Asc. app.	52° 18' 6.4"
Planeta	+28 21 38.2	Planeta	+ 3 31 2.7

Asc. R. Plan.	55° 49' 35.6	Asc. R. Pl.	55° 49' 9.1"
---------------	--------------	-------------	--------------

Ideo per medium arithmeticum Ascensio recta Planetae est 55° 49' 22". Ex hac ascensione ac declinatione planetae 19° 35' 28.3" habetur longitudo eius apparens^h 1° 28' 2' 46.2", ac demum vera 1° 28' 2' 29.3"; hinc tabularum mearum differentia est +1.2": a primo quidem meo calculo differunt mox relatae ascensiones fixarum aliquotⁱ secundis, sed ita denuo, ut errores se mutuo compensent, eademque prodeat ascensio planetae.

Verum si praeessionem saecularem, id est, 36500 dierum pono 1° 23' 49.3" ut additis 24 diebus intercalaribus fiat 1° 23' 52.6" quemadmodum hanc in tabulis adsumsi, ascensio recta planetae evadet 55° 49' 25", quae dabit longitudinem veram eiusdem 58° 2' 31.9"; & tum differentia tabularum mearum erit -1.4".

d) i. K.

1° 23° 18' 58.5"

1° 23° 18' 51.7"

1° 23° 18' 53.8"

1° 23° 18' 54.7"

e) i. K. aequabiles

f) i. K. nach mediam „fixarum“ eingefügt.

g) i. K. statt die „dicta“.

h) i. K. 58° 2' 46.2" ac demum vera 58° 2' 29.3".

i) i. K. statt aliquot: „paucis“.

Quoad latitudinem planetae inveniendam crucem mihi figebat obliquitas eclipticae apparens, quae responderet diei observationis factae.

Illa, quam statuit Flamsteedius $23^{\circ}29'0''$, vel omnino $23^{\circ}29'5''$, mihi nimia videbatur; immo nec satis caute ex observationibus deducta; malui igitur adsumere eam, quam novissime pro fine anni 1690 statuit D. de la Lande tom. IV. Astronomiae pag. 763; nimirum $23^{\circ}28'46.1''$: unde planetae latitudo A.^j invenitur $10'16.5''$ maior $20''$ quam per meas tabulas^k. Per tabulas D. de la Caille obliquitas ad datam diem reducta foret $23^{\circ}28'53.5''$; & inde latitudo planetae $10'22.7''$: denique per obliquitatem D. Tobias Mayer $23^{\circ}28'55''$ latitudo fieret $10'24''$. Si satius visum fuerit ex his omnibus adoptare arithmetice mediam, erit illa $10'21''$, & mearum tabularum differentia $-25''$. — Haec sunt, quae Tibi vir longe celeberrime de difficultatibus meis in determinanda observatione Flamstediana referenda existimavi^l.

+ Litteras has, cum calculis his subjectis omittendas quidem censuit vir celeberrimus, quibus calculos in subsequis die 22 Jan 1786 datos accuratiores mecum communes voluit, attamen has quoque censebam hic inserendas, ut Astronomi nossent, quam taediosos, & repetitos labores exhausserit vir infessus, & accurationis studiosissimus.

16. MAXIMILIAN HELL AN PLACIDUS FIXLMILLNER.

1785 Dezember 31, Wien

Hell dankt für die erhaltenen Uranus-Tabellen und ergeht sich in großem Lob darüber. Er bewundere die langdauernden, beschwerlichen und mit größter Genauigkeit ausgeführten Berechnungen. Vor allem ist es die genaue Nachforschung, den Flamsteedschen Stern und den neuen Planeten in Einklang zu bringen, für die die Astronomen dankbar sein müssen und wie sehr sie die Tabellen schätzen müssen. Sein Adjunkt, P. Triesneker, wird auf Fixlmillers Arbeit aufbauend, die Positionen des Uranus für die Ephemeriden 1787 berechnen. Eine Frage hat Hell noch zu stellen: er möchte wissen ob die Epochen der Tabellen Fixlmillers auf den Meridian von Kremsmünster oder den von Paris bezogen sind. Er schließt seinen Brief mit den besten Wünschen für ein glückliches Neues Jahr. In einem P. S. bittet er noch um Bekanntgabe, welche Sonnentafeln zur Berechnung der Oppositionen und anderer Stellungen des Uranus benützt wurden.

j) der Buchstabe „A“ fehlt i. K.

k) im Konzept fehlt: „maior $20''$ quam per meas tabulas.“

l) im Konzept folgt noch: Quod satellitis IV observationem die 15 Decembris hic habitam concernit, non diffiteor & mihi et socio meo interdum paullo debilius lumen istius visum esse, non tamen iisdem temporis momentis, ast mox iterum lucidior apparebat; has vero perbreves luminis vicissitudines debilitati oculorum adscribebamus, quippe qui continua & diuturna intensione valde defatigati fuerant. Parce Reverendissime Domine tam prolixae recensio- nis meae, qua denuo Tua abusus sum patientia; denique pro singulari benevolentia & gratia Tua, quam tenuibus laboribus meis impendis iterum iterumque gratias ago, id unum enixissime rogans, ut eadem me porro fovere non desinas, qui summa veneratione sum Reverendissimi clarissimi ac longe celeberrime Nominis Tui

Demississimus ac devinctissimus Cultor

Admodum Reverende, Doctissime, ac celeberrime Domine!

Redditae mihi sunt perhumanae Tuae litterae die 22 Decemb. ad me datae una cum pretiosis Tuis Tabulis manuscriptis novi Planetæ Uraniae, maximas itaque Tibi, et ego ago gratias, et caeteri Astronomi habebunt summas pro fructu hoc eximio laborum Tuorum sane maximorum, et accuratissimorum, quos pro Elementis hujus Planetæ multum precisoribus, quam sint Dⁿⁱ de Place¹, suscepisti, et feliciter determinasti. Non sine admiratione legi diuturnos Tuos, molestos, et scrupulosos labores, quos mecum communicare dignatus es, praesertim in disquisitione fixae Flamsteedianae cum novo Planeta conciliandae quos, si indulges, cum Astronomis in Ephem. meis communes faciam, ut intelligant, quantas Tibi debeant gratias, quantique pretii aestimare debeant Tabulas Tuas ex his Elementis scrupulose inventis, supputatas; addam etiam non nulla, quae a Te D^{no} Bode communicata legi in Ephem. Berol. ad An. 1787 et 788.²

Adjunctus meus P. Triesneker illico ab acceptis Tuis Tabulis a me eidem traditis labori se se accinxit Loca Uraniae pro Eph. nostris anni 1787 supputandi.

Unum est, quod a Te certior fieri rogem, scilicet, an Epochae Tuarum Tabularum ad meridianum Cremifanensem, ut opinor, an vero ad Parisinum fixa sint?

Superest, ut cum votis felicissimi decursus novi hujus Anni, me Tuae benevolentiae, quam enixe porro comendem. Vale Vir celeberrime!
Viennae 31 Decemb. 1785.

Tui Nominis Studiosissimus
Maximilianus Hell.

P. S. Rogo una benevole mihi significare digneris, quibusnam Tabulis solaribus in Tuis calculis oppositionum, et aliorum locorum observatorum Uraniae usus fueris.

¹ In einer Anmerkung zu der in diesem Brief erwähnten Arbeit Triesnekers hebt Hell bereits die überragende Leistung Fixlmillners hervor, . cuius Tabulas Uraniae (quae ceteras usque productas aliorum Astronomorum accuratione superant). . ." (Ephemeriden 1787, Appendix I, pg. 81, nota). Er wiederholt diese Anerkennung in diesem Brief.

² Berliner Astronomisches Jahrbuch 1787, S. 249. Bode in einer Anmerkung: „Ich habe selbst nach den obigen Elementen des Herrn Fixlmillner, die Flamsteedsche, Mayersche und einiger der neueren Beobachtungen berechnet und mit Vergnügen, bis auf wenige Sekunden Unterschied, eben die genaue Übereinstimmung gefunden.“
siehe auch: Berliner Astronomisches Jahrbuch 1788, S. 197.